



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum Christus maius dilectionis signum ostendit tradendo corpus suum
in cibum, quam patiendo pro nobis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

imagine Christi percussa miraculose fluxisse: vel F
etiam alia ex corpore Christi.
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus maius dilectionis signum ostendit tradendo
corpus suum in cibum. quam patiendo pro nobis.

Art. speciali
ver.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur q̄ Chri-
stus maius dilectionis signum nobis ostendit
tradendo corpus suum in cibum, q̄ patiendo pro
nobis. Charitas. n. patrie perfectior est, q̄ charitas
via: sed beneficium illud quo nobis Christus contu-
lit corpus suum dans nobis in cibum, magis assimi-
latur charitati patrie, in qua plene fruemur Deo.
Passio autē quam pro nobis subijcit, magis assimi-
latur charitati viae, in qua nobis pro Christo immi-
net patiedū. ergo maius est dilectionis signum, q̄
Christus corpus suum tradidit nobis in cibum, q̄
quod Christus passus est pro nobis.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 15. Maio-
rem charitatem nemo habet, quam vt animam
suam ponat quis pro amicis suis.

RESPON. Dicendum, quod illud quod est potis-
simum in vnoquoque genere, est mēsurā omnium
eorum quae sunt illius generis, vt patet per Philo. in
10. Meta. potissimum autē in genere amoris homi-
nū est amor. quo quis amat seipsum. & ideo ex hoc
amore necesse est mēsuram accipere omnis amo-
ris, quo quis alium amat. Vnde & in 9 Eth. Philo. di-
cit quod amabilia quae sunt ad alterum, veniunt
ex amabilibus quae sunt ad seipsum. Pertinet au-
tem ad amorē quo quis amat seipsum, vt velit sibi
bonum: vnde tanto aliquis alium magis amare pro-
batur, quāto magis bonum quod sibi vult, propter
amicum praetermittit, secundum illud Prouer. 12.
Qui negligit damnum propter amicum, iustus est.
Vult autem homo sibi triplex bonum particulare,
quae sunt anima, corpus, & res exteriores. Est ergo
aliquid signum amoris, q̄ aliquis in rebus exteri-
oribus propter alium detrimentum patitur: manus
autem amoris signum, si etiam corporis proprii
detrimentum patitur, vel labores, vel verbera pro
amico sumendo: maximū autem dilectionis signū,
si etiam animā suam deponere velit pro amico mo-
riendo. Quod ergo Christus pro nobis patiedo ani-
mam suam posuit, maximum fuit dilectionis signū.
Quod autem corpus suum dedit in cibū sub sacra-
mento, ad nullum detrimentum ipsius pertinet:
vnde patet quod primum est maius dilectionis si-
gnum: vnde & hoc sacramentum est memoriale
quoddam & figura passionis Christi, veritas autem
praeminet figurae, & res memoriali.

AD PRIMUM ergo dicendum q̄ exhibitio corpo-
ris Christi in sacramento habet quidē figurā quan-
dam charitatis, qua diligit nos Deus in patria: sed
passio eius pertinet ad ipsam Dei dilectionē, nos a
perditione ad patriam reuocantem: dilectio autem
Dei non est maior in patria, quam sit in praesenti.

QV AESTIO XIII.

ARTICVLVS VII.

Vtrum lucifer sit subiectum aui.

DEINDE circa angelos quaesitum est vnū. Vtrum
lucifer sit subiectum aui. & videtur q̄ sic. Si-

cut subiectum temporis est primum tēporale sim-
plicissimum, ita subiectū aui videtur esse simplicis-
simum aeternum: hoc autem est lucifer, qui inter
angelos supremus fuit secundum suam naturā crea-
ta. Aeuum autem non responderet gratia natura
ra, alioquin corpora caelestia, quae nō sunt suscepti-
ua gratia, aeo mēsurari non possent. cum ergo do-
na naturalia integra remāserint in demonibus post
peccatum, sicut Dion. dicit 4. ca. de diu. nomi. vide-
tur quod aeuum sit in lucifero sicut in subiecto.

SED CONTRA. Aeuum est quaedam aeternitas
participatio: sed angeli beati magis sunt in participa-
tione aeternitatis quam lucifer, qui est beatitudinis
expers ergo lucifer non est subiectum aui, sed ma-
gis supremus beatorum angelorum.

RESPON. Dicendum, q̄ ex ignorantia linguae gre-
cae prouenit, q̄ communiter apud multos aui ab
aeternitate distingueretur, ac si distingueretur an-
tropos ab homine. Quod enim in greco dicitur aeuum,
in latino aeternitas, & sic etiam Dion. 10. ca. de diu.
nomi. pro eodem vtitur aeternitate & aeo sed quia
non inibus vtendum est vt plures, si vtrumque di-
stinguamus ab inuicē, aeuum nihil aliud erit quam
aeternitatis participatio, vt scilicet essentialis aeterni-
tas ipsi Deo attribuitur. aeuum autem quasi a parti-
cipata aeternitate substantiis spiritalibus, quae sunt su-
pra tempus. quia vero id quod per essentia dicitur,
semper est mēsurā ipsius quod dicitur per partici-
pationem, potest dici q̄ prima mēsurā omnium gene-
rorum est ipsa Dei aeternitas: sicut etiam substantia
Dei est mēsurā omnis substantiae, vt dicit Commē-
tator in 10. meta. Si quis tamen uelit accipere men-
surā homogeneam, id est, eiusdem generis, dicitur
quidam, quod non est vna mēsurā communis, sed
quodlibet aeternum habet suam aeuum, sed hi p-
prium uocem ignorant. Sic enim esset verum quod
dicunt, si omnia aeterna essent aequalia. Sic enim
vnum eorum non esset mēsurā alterius: hoc autē
non est uerum, quia in angelis est accipere primū,
medium, & vltimum non solum secundum diuer-
sas hierarchias & ordines, sed etiam secundum di-
uerfos angelos in eodem ordine, vt patet per Dio-
ny. 10. capitu. caelestis Hierar. Et quia semper illud
quod est simplicissimum, & mēsurā in quolibet
genere, sicut dicitur in 10. metaphys. ideo necesse
est vt duratio simplicissimi aeterni sit aeuum om-
nium aeternorum, & ita simplicissimum aeterni-
tatis est subiectum aui. Sed attendendum quod
substantiae spirituales mēsurantur quo, non solum
quantum ad earum substantiam, sed etiam quan-
tum ad earum propriam operationem. Vnde in
libro de causis dicitur, quod sunt in momento aeterni-
tatis secundum substantiam & operationem, &
sic oportet, quod ille angelus qui est subiectū aui
sit simplicissimus, non solum quantum ad essentia,
sed etiam quantum ad operationem. Talis autem
est supremus omnium angelorum bonorū, cuius
operatio maxime est in vno, quod est Deus, vnta.
Vnde supremus omnium angelorū est subiectum
aui, non autem lucifer.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliqui
posuerunt luciferum non fuisse supremum ange-
lorum: sed sicut Damascē. dicit, fuit primus eo-
rum qui praerant ordini terrestri. Si uero conceda-
mus secundum Gregorium, quod fuerit supremus
omnium, tunc dicendum est, quod sua operatio
auersa est ab vno primo, & conuersa ad multitudi-
nem.